

NEUE

Pflanzenarten der pyrenäischen Halbinsel

VON

J. FREYN

Unter denjenigen Pflanzen, welche mir im Winter 1892-1893 zur Bestimmung vorlagen, befanden sich auch solche die *O. Buchtien* 1890-1891 um Oporto in Nord-Portugal und *Elisée Reverchon* 1892 im südlichen Arragonien gesammelt hatten. Insofern dieselben neu sind, sollen die Beschreibungen im folgenden veröffentlicht werden. Ich benütze diese Gelegenheit um auch die vollständige Beschreibung einer der von *Porta* und *Rigo* 1890 in Murcia gesammelten und von mir für neu befundenen Arten hier anzufügen, da die von Porta gegebene sehr ergänzungsbedürftig ist. Die Namen der Porta-Rigo'schen und Reverchon'schen Pflanzen sind mit den Pflanzen schon veröffentlicht.

Prag im September 1893.

1. *Arabis* (*Turitella*) *Reverchoni* FREYN in litt. 1892.

A. arvensis —

Annua (vel biennis?) pilis furcatis patule pubescens, caule erecto a basi longe ramoso, elato; *foliis* membranaceis dentatis, basilaribus subrosulatis spathulatis petiolatis; *caulinis* et ramealibus sensu sensim minoribus, ovato oblongis acutiusculis, *auriculato-amplexicaulibus*; floribus parvis, sepalis coloratis basi subgibbosis; petalis spathulato oblongis (pallide roseis?), antheris luteis; pedicellis fructiferis patentissimis, fere horizontalibus cum siliqua anguste liueari, compressa (et immatura saltim) haud torulosa angulum obtusissimum ferentibus; seminibus (immaturis) fuscis, ovato-ellipticis apteris margine carinatis, fl. Majo.

Arragonia austr. In Sierra de Espadan prope Segorbiam Majo 1892 leg. *Reverchon*.

Caulis (ex unico specimine) circ. 70 cm. altus et 0,4 cm. crassus; rami inferiores 35-40 cm. longi; folia basilaria usque 7 cm. longa et infra apicem 2-2 lata; pedicelli circiter centimetrum, siliquæ 4-5 cm. longi, millimetrum lati; petala 5 mm. longa; calyx 2-3 mm. longus; semina 0,5 mm. longa et $\frac{1}{3}$ mm. lata.

Species habitu et foliorum forma fere *A. alpina* L. sed characteribus *A. saxatilis* All. affinis a qua nostra differt caule valde ramoso (non simpliciter) multo elatiore, foliis grosse dentatis (nec denticulatis), seminibus duplo fere minoribus.

2. *Genista anglica* L. β *pilosa* FREYN

A typo glabro differat ramulis hornotinis adpresse pubescentibus subsericeis et pedicello minutissime hibracteolato.

Lusitania bor. prope Oporto leg. *Buchtien!*

3. *Trifolium (Lagopus) Hervieri* FREYN in schedis 1892.

Trifolium Lagopus Beauv.

Annum subsimplex molliter villosum, radice tenui, caulibus erectis, internodiis brevibus; foliis omnibus alternis petiolatis, foliolis brevissime petiolulatis obovatis usque obovato-cuneatis obtusis vel submarginatis et præsertim antice repando denticulatis; stipulis latissimis viridibus et viride nervatis centro diaphano membranaceis, late ovatis margine ob nervorum apicibus excurrentibus obsolete denticulatis; floribus in genere e minimis in spicam ellipsoideam usque ovato-conicam pedunculatam subsolitariam dense aggregatis; calycis decemnervi villosi fauce intus callis binis oppositis albis clausi tubo albo demum ovato-urceolato, dentibus anguste subulatis inæqualibus tubo longioribus, corolla rubella valde superantibus (vel in apice spicæ brevioribus); vexillo lanceolato obtuso; legumine uni-ovulato (?) semine obovato-compresso, lævi. ☉ Junio.

Arragonia austr. Provincia Teruel, in Sierra de Camarena 1892. leg. *Reverchon!*

Dimensiones: Caulis (sine capitulo) 1,5-7 cm. altus; foliola 1,1 cm. longa 0,75 sub apicem lata vel minora; stipula usque 1,1 longa et supra basin 0,75 lata; pedicelli foliorum inferiorum 1,2 cm., summarum 1-0,5 longi; peduculi centimetrum æquantes vel breviores; spica 1,6-2,2 cm. alta, 1,3-1,5 diametro; calyx cum dentibus 4 millimetralibus 7,5 mm. longus.

Foliis alternis et calyce decemnervi species nostra inter affines *T. incarnati* L. militat sed diversa ab hoc ultimo fauce bicallosa (nec aperta), floribus minimis, spica ovata vel ovato-conica (nec cylindrica); a *T. stellato* L. quoque latifolio capitulis elongatis (nec hemisphaericis demum globosis), floribus minoribus fauce bicallosa (nec villosa) et dentibus calycinis subulatis patulis (nec lanceolatis, stellatim expansis); a *T. angustifolio* L. et *T. intermedio* Guss. quorum maxime affine, foliolis latis (nec lineari lanceolatis vel ovato-oblongis), stipulis latissimis (nec liceari-subulatis) et spica brevi (nec cylindrica).

Dicavi in honorem abbatis Josephi *Hervier*, scrutatori floræ Loirensi.

4. *Astragalus* (*Malacothrix*) *arragonensis* FREYN in schedis 1892.

(*A. Anulensis* Pau.)

Acaulis vel subacaulis pluriceps dense *patenteque hirsutus*, stipulis villosis caule usque ad quartam suam partem adnatis et breviter connatis, parte libera triangulari-lanceolata trinervi; foliis 12-15 jugis, foliolis ellipticis vel oblongis obtusissimis utrinque hirsutis; scapis (depressis vel adscendentibus?) folio brevioribus vel longioribus undique albo- et ad apicem insuper dense nigro-hirsutis, racemis ovatis nuce magnitudine dein subelongatis sed semper densissimis; bracteis triangulari-lanceolatis calyce subæquilongis viridibus; floribus sessilibus; calycis hirsuti oblongo-tubulosi dentibus anguste linearibus acutis fere subulatis, $\frac{2}{3}$ tubi longitudine æquantibus; corolla lutescente vel (sicco saltim) violacea; vexilli lamina oblongo-ovata apice breviter biloba, margine reflexa alas longe excedente; ovario lanceolato dense adpresseque hirsuto, stylo breviter curvato inferne patule hirsuto, a medio glaberrimo; legumine..... 4.

Distr. *Arragoniæ australi provincia Teruelensis.* In montibus Sierra de Javalambra junio 1892 leg. *Reverchon!*

Dimensiones. Folia 4-8 cm. longa, foliola 4-7.5-11 mm. longa et 3-5-4 mm. lata; scapus 2-10 cm. altus; spica initio 2.5 cm. longa 1.7 cm. diametro, demum 4 longa et 2 lata; vexillum 17 mm. longum, carina 11 mm. longa, calyx (cum dentibus) 11 mm. longus.

Syn. An huc *A. depressus* Asso? et *A. Turolensis* Pau, *Notas botanicas a la Flora Española*, fasc. I (1887), p. 20.

Affinis *A. eriocarpo* DC. *Astragalogia*, p. 237-238 tab. 47! (patriæ ignotæ) cui habitu optime fere congruit, sed diversus stipulis antice connatis (nec liberis), villosis (nec glabratis), spica densissima ovata valde hirsuta, calycis laciniis $\frac{2}{3}$ tubo (nec eam tertiam partem) æquantibus, angustis

fere subulatis, florum colore minime purpurea, vexillo apice bilobo (nec acutato) et ovario lanceolato (nec ovato). Ab *A. molli* Willd., specie caucasica qua nostro congruit praesertim florum colore, *A. eriocarpus* differt vexilli forma et indumento, stipulis liberis, foliis 12-15 (nec 6-7-) jugis, racemis demum non elongato-cylindricis, bracteis lanceolatis (nec subulatis), calycis laciniis longis (nec tubo duplo brevioribus) etc.

A. arragonensis ist bisher das einzige europäische Glied der sonst orientalischen Sektion Malacothrix der Gattung Astragalus. Ich glaubte die spanische Pflanze zuerst mit *A. eriocarpus* DC. identifizieren zu können, dessen Vaterland unbekannt ist und dessen Abbildung als beiläufiges Habitusbild des *A. arragonensis* dienen könnte. Allein die genaue Prüfung erwies dies als unrichtig. *A. mollis* Willd., mit dem *A. eriocarpus* in Boissier's Flora orientalis vereinigt ist, scheint mir von beiden Arten (~~*eriocarpus* und *arragonensis*~~) sicher verschieden. Aus Nordafrika sind mir keine Verwandte des *A. arragonensis* bekannt geworden, ob aber letzterer nicht mit *A. depressus* Asso zu identifizieren ist, vermag ich vorläufig nicht aufzuklären.

5. *Vicia* (*Euvicia* Vis.) *lusitanica* FREYN

Gracilis pubescens saepe glabrescens caule scandente angulato; *foliis omnibus cirrho longo ramoso terminatis* subtus densius pilosis saepe subsericeis; *foliolis 4-5 (-6) jugis* longe mucronatis oblongis sublanceolatis apice rotundatis vel plus minusve emarginatis vel cuneatis et emarginatis; *stipulis* reticulatis maculatis vel immaculatis semisagittatis, *lobo majore profunde dentato*, dentibus aristulatis; *floribus 2-4 in racemum sessilem pedicellatis horizontalibus*; *calycis* nervosi parce adpresseque pilosi *dentibus porrectis angustissime linearibus subulatis, acutissimis tubo subæquilongis*; *corolla* (siccò saltim) violacea inferne pallida *glaberrima*; vexillo rotundato-ovato ad medium abrupte angustato; ovario hirtò; *stylo ad latus inferius sub apice barbato*; *leguminibus* (immaturis) stipitatis *deflexis 10-13-ovulatis compressis* parce pilosis glabrescentibus, angustis apice obliquæ truncatis; seminibus.... ☉

Lusitania ~~*Voncalis*~~. In fruticetis et ericetis ad Oporto vere 1891 leg. Buchtien.

Dimensiones: Caulis 30-50 cm. altus; folia caulina media (sine cirrhum) 3-6 cm. longa, 1.8-3 lata; foliola parva 0.9-1.5 longa (basilaria multo minor); flores 1.7 cm. longi; calyx cum dentibus 7-8 mm. longus, ad

apicem fere 3 mm. latus; legumen (immaturum) 4 cm. longum, 3·5 mm. latum.

Species habitu *V. purpurascens* DC. vel *V. sepium* L. A priori differt foliis sæpissime 4-5 jugis, foliolis emarginatis, vexillo glaberrimo (nec piloso), leguminibus longioribus et multo angustioribus (nec oblongorhombeis) glabrescentibus (nec hirsutis); a *V. sepium* L. differt statura gracili humiliore, duratione annua (nec perenni), dentibus calycinis subæqualibus latioribus, corollæ colore (nec livido nec cærulescente purpureo-venoso), leguminibus deflexis (nec erectis). Aliæ species multo magis differunt.

6. *Valerianella* (Sect. *Syncaelæ* Pomel) *Willkommii* FREYN in schedis 1892.

(*V. Martini* Ten!)

Humilis, caule a basi vel superne tantum subfastigiato-ramoso stricto subangulato seriatim scabrido, foliato; foliis basilaribus....., caulinis parum diminutis lingulatis vel ovato-oblongis subintegerrimis, glabris, margine tantum subscabridis; floribus.....; acheniis uniformiis transverse parce plicatis a latere compressis, glabris pericarpio postice spongioso sulcato, loculis sterilibus fertili majoribus, approximatis, septo tenui sejunctis; limbo calycino tridentato, nempe *dente uno loculo fertili correspondente cornuto fructum dimidiam æquante* subrecurvo, et duabus alteris brevissimis umbonatis. ☉

Arragoniæ centr., inter segetes prope Camarena, junio (fructif.) leg. *Reverchon!*

Plantula 6-10 cm. alta; achenia cum rostro 4 mm. longa fere 3 mm. lata et millimetrum crassa.

Species distinctissima *V. olitariæ* Poll. et *V. gibbosæ* Guss. et Anst. algeriensem pericarpio permagno et loculorum structura tantum affinis, sed ab utroque acheniis transverse plicatis et calycis limbo unirostrato perdistincta. An *V. Martini* Losc. mihi ignota?

7. *Sabiosa tomentosa* Cav. var. *cinerea* FREYN in sched. 1892.

(*Se. Anselmi* Pau)

A typo differt statura elatiore (usque sesquipedali), corollis (siccatione saltim) læte lilacinis et indumento foliorum (nec argenteo sed) griseo-tomentoso. Capitula fructifera globosa 11 mm. diametro.

Arragonia austr., in Sierra de Camarena, julio 1892 leg. *Reverchon!*

Syn. an huc *S. Turolensis* Pau, *Notas Botánicas a la Flora Española*, fasc. I (1887), p. 20.

8. *Leontodon* (*Deus Leonis* Koch) *Reverchoni* FREYN in schedis 1892. n. subsp.

(*L. carpetanus* L.)

Radice truncata, scapo monocephalo plus minusve bracteato, capitulis ante anthesin nutantibus et alveolarum marginibus nudis affinis *L. pyrenaico* Gouan a quo differt habitu, foliis profunde runcinato-pinnatifidis, capitulis albo villosis (nec tomentellis et nigro villosis), acheniis longius rostratis et pappo uniseriali. Ligulae extus rubro striatae. Duae exstant formae:

α. *subglaber* m. Planta saepe pedalis, foliis et scapis glabris vel subglabris; habitu *Leontodonte autumnalis* L.

Arragoniae australis provincia Teruel: in locis humidis montium Sierra de Camarena. *E. Reverchon!* (sub *L. carpetano*).

β. *hispidus* m. Planta humilis habitu formarum alpinarum *L. hispidi* L., scapis ad basin et folii praesertim subtus ad nervos molliter hispidis.

Arragoniae australis, provincia de Teruel in Sierra de Javalambra raro provenit. *E. Reverchon!*

9. *Linaria supina* Desf. var. *glaberrima* FREYN

Forma etiam inflorescentia glabra; flores flavi pallato aurantiaco vel pallido, lineis violaceis striato vel totidem pallida. Semina late marginata concolora, nigra disco laevi.

Arragonia austr. In Sierra de Camarena, junio leg. *Reverchon!*

10. *Thymus* (*Pseudothymbra*) *Portae* FREYN in schedis 1891.

(*Th. vulgaris* + *frankii*)

Fruticulus erectus ramosissimus canescens, ramulis erectis cinereis breviter tomentellis dense foliosis; foliis fasciculatis sessilibus parvis linearibus acutiusculis valde cinereo-tomentellis glanduloso-punctatis basi parce ciliatis vel nudis; floralibus conformibus vix latioribus margine valde revolutis superioribus uti calyces purpurascensibus; verticillastris pauci (-bi-) floris in spicas laxas terminales approximatis; floribus pro ratione longe pedicellatis; calycibus folia floralia longe superanti-

bus extus hirtulis, labii superioris ad tertiam partem fissi *laciniis subæqualibus triangulare-lanceolatis acutissimis* subrecurvis, labii inferioris dentibus anguste subulatis dense ciliatis; *corollæ* purpureæ extus tomentosæ *tubo* basin versus attenuato *porrecto valde elongato gracili e calyce longe exserto*, labiis minutissimis. ♀ Junio.

Hispania, regnum Murcicum: Albasete in pascuis aridis ad radices montis Mugron prope Almasa 300-400 m. supra mare. (*Porta et Rigo!* N^o 243).

Dimensiones: fruticulus 12-23 cm. altus; folia 4-5 mm. longa vel breviora, $\frac{1}{8}$ mm. tantum lata, floralia vix latiora; pedunculus 3, calyx 5 mm. longus; corolla bene evoluta 11-12 mm. longa cum tubo 8-9 millimetrali.

Ab affini *Thymo Funkii* Coss. noster differt verticellastris in spicam laxam (nec in capitulum) congestis, bracteis foliis conformibus angustis margine valde revolutis, floribus longe pedicellatis, corollæ tubo porrecto (nec arcuato) etc.